

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

vixerit Hortensius. tamen hunc cursum cōfecerit. annis ante decem causas agere cōpit. quam tu es natus idem quarto sexagesimo anno perpauis ante mortem diebus vna tecum socerum tuū defendit Appium: Dicendi autem genus quod fuerit in vtroq; orationes vtriusq; etiā posteris nostris indicabunt. Sed si quærimus cur adolescens magis floruerit dicendo. qui senior Hortensius causas reperimus verissimas duas. primum quod genus erat orationis asiaticum. adolescentiæ magis cōcessentiis non tam grauius. & si veris. nunquam concinnis. & venustis. qualis in historia Timeus. in dicendo autem pueris nobis Hierocles Alabandus. magis etiam Menedes frater eius fuit. quorum vtriusq; orationes sunt imprimis vt asiatico in genere laudabiles. Aliud aut genus est non tam sententiis frequentatum quam verbis voluere. atq; incitatum. quale est nunc a sita tota. nec flumine solum orationis. sed etiam ex ornato & faceto genere verborum in quo fuit aeschilus Cnidius. & metonitas non erat. Hæc autem (vt dixi) generis dicendi aptiora sunt adolescentibus. in senibus grauitatem non habent. Itaq; Hortensius vtroq; genere florens. clamores faciebat adolescens. Habebat. n. & menedium illud studium crebrarum venustarumq; sententiarum. in quibus vt in illo græco. sic in hoc erant quædam magis venustæ. dulcesq; sententiæ. q; aut necessariæ. aut interdum vtilis. Et erat oratio qum incitata & vibrans. tum etiam accurata. & polita. Non probantur hæc senibus. sæpe videtur qum irridentem. tum etiam irascentem. & stomachantem Philippum. sed mirabantur adolescens. multitudine mouebatur. Erat excellens iudicio vulgi. & facile primas tenebat adolescens. Et si. n. genus illud dicendi auctoritatis habebat parum. tamen aptum esse ætati videbatur. & certe q; & ingenii quædam forma lucebat. & exercitatione perfecta erat verborum. eratq; astricta comprehensa summam hominū admirationem excitabat. Sed qum iam honores. & illa senior auctoritas grauius quædam requireret. remanebat idem nec decebat idem. q; q; exercitationem studiumq; dimiserat. quod in eo fuerat acerrimū. concinnitas illa. crebritasq; sententiarū pristina manebat. sed ea vestitu illo orationis. quo consueuerat ornata non erat. hoc tibi ille brute minus fortasse placuit. q; placuisset. si illū flagrantem studio. & florentem facultate audire potuisses. Tum Brutus. Ego vero ista inquit que dicis video qualia sint & Hortensium magnum oratorem semper putauī. maximeq; probauī. p. Messalla dicentem. qum tu affuisti. sic ferunt inq;. Idemq; declarat totidē quod dixit (vt aiūt scripta) verbis oratio. Ergo ille a Crasso consule. & scæuolavsq; ad paulum. & Marcellum consules floruit. nos in eodem cursu fuimus a Sylla dictatore. ad eosdem fere consules. Sic Qu. Hortensii vox extineta fato suo est. nostra publico. Melius queso ominare inquit brutus. sit sane vt vis inquam. & id nō tam mea causa quam tua. sed fortunatus illius exitus. qui ea non vidit qum fierent que prouidit futura. Sæpe enim inter nos impendentes casus defleuimus. qum belli ciuilibus causas in priuatorū cupiditatibus inclusas. pacis spem a publico consilio esse exclusam videremus. sed illum videtur felicitas ipsius qua semper est vsus. ab eis miseris que consecute sunt morte vindicasse. Nos aut Brute quoniam post Hortensii clarissimi oratoris mortem orbe eloquentiæ. quasi tutores relictī sumus do mi teneamus eam septem liberali custodia. & hos ignotos. atq; imprudentes procos repudiemus. tu eamurq; vt adultam virginem caste. & ab armatorum impetu. quantū possumus prohibeamus. Eadem & si doleo. me in vitam paulo serius tanquam in viam ingressum priusquam confectum iter sit in banc. r. p. noctem incidisse tamen ea consolatione sustentor. quā tu mihi brute adhibuisti tuis suauissimis litteris quibus me forti animo esse oportere censebas. q; ea gessissem. que de me etiam me tacente ipsa loquerentur mortuo viueretq;. Que si recte esset saluti reip. sin secus. interitu ipso testimoniu meorum de. r. p. consiliorum darent. sed in te intuens Brute doleo. cuius in adolescentia per me dias laudes. quasi quadrigis vebementem transuersa incurrit misera fortuna reipu. hic me dolor. tangit hec me cura sollicitat. & hunc mecum socium eiusdem. & amoris & iudicii. Tibi fauēmus. te tua frui virtute cupimus. tibi optamus eam rempu. in qua duorum generum amplissimorum renouare memoriam atq; augere possis. Tuum enim forum tuum erat illud curriculum. tu illuc veneras vnus. qui non linguam modo acuisseris exercitatione dicendi. sed & ipsam eloquentiam locupletauisses. grauiorum artium instrumento & iisdem artibus decus omnem virtutis cum summa eloquentiæ laude iunxisses. Ex te duplex nos afficit sollicitudo quod & ipse rep. careas. & illa te. Tu tamen & si cursum ingenii tui brute premit hæc importuna dades ciuitatis. contine te in tuis perēnibus studiis. & effice id quod iam prope modum. vel plane potius effeceris vt te eripias ex ea quā ego cōgessi in hunc sermonem turba patronorum. Nec enim decet te ornatum vberimis artibus quas quū domo habitare non posses accersuisti ex vrbe ea quæ domus est semper habita doctrinæ numerari in vulgo patronorum. Nam qui te exercuit Pāmenes vir longe eloquentissimus græciæ. Quid illa vetus academia atq; eius hæres Aristus hospes & familiaris meus. Siquidem similes maioris partis oratorum futuri sumus nonne cernimus vix singulis ætatibus binos oratores laudabilis constituisse. Galba fuit inter coæuales vnus excellens cui quemadmodum accipimus. & Cato cedebat senior. & qui temporibus ætate inferiores fuerunt. Lepidus postea deinde Carbo. Nam Gracchi in concionibus multo faciliore genere & liberiore dicendi quorum tamen iporum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. Anto. Cassus post Cotta Sulpicinus Hortensius. nihil dico amplius tm dico. si mihi accidisset vt numerare in multis. si operosa est concursatio magis opportunorum.